

omnino extinguatur, & ineptum ad prescribendum judicatur. His politis.

XLVII. Dico primo. Prescriptio dormit tempore pestis, & belli, quando homines latere, & tribunalia siles solent. Quia generaliter non valent agere non currit prescriptio.

XLVIII. Dico secundo. Prescriptio dupliciter interruptitur: naturaliter, & civiliter. Naturaliter, cum post prescrip-

tionem recte inchoatam debeat aliquid ex requisitis ad prescriptionem necessariis, ut possessio, titulus, bona fides. Ita Communitur, Leg. Naturaliter, ff. De Usurpatione. Civile interruptitur, cum nullum quidem e substantiis requisitis deficiat, juris tamen fictione censetur deficiente. Quare hanc interruptio fit per actum jurisdictionis, ut per libelli oblationem, citationem, litis contestationem: ex Leg. 10. C. de Acq. Res. Jell. Et hae differunt a naturali, praesertim in hoc: quod illa interruptio habet effectum solum respectu omnium adversario-

rum: ita ut, si quid inum interruptitur, quoad omnes interruptitur. Civile autem interruptio, solum est respectu illius, qui litem movet. Unde si post motam litem, competum fuerit, quod is, qui litem movit, non sit verus dominus; & interit contra verum dominum tempus prescriptionis elapsum fuerit; contra illum (quippe qui litem non intendit) Prescriptio erit completa.

XLIX. Hic tamen advertendum est primo: quod si post litem motam sequitur sententia absolutoria praescribens, tunc tempus litis morie computatur ad prescriptionem. Advertendum secundo: quod si Actor litem, & causam jam inceptam non amplius persequatur, nihilominus prescriptio per litis contestationem interrupta censetur: nisi Judex prudenter judicaverit, quod actor dolo litem moverit ad prolongandum tempus prescriptionis. Colligitur ex Leg. Ultima C. de prescrip. 30. ann. Advertendum tertio: ad continuandam possessionem non requiritur, quod possessio remaneat apud unam, eademque personam. Unde potest de persona in personam a donatore in donatarium, a venditore in emptorem continuari. Leg. penult. §. 1. ff. De Divul. temp. prescrip. Videatur Molina De Justit. 7. Asp. 78.

S. VI.

De Beneficio restitutionis in integrum contra prescriptionem.

HOC supererat pro integra prescriptiois notitia. Igitur restitutio in integrum est remedium juris, quo hominibus laesa, seu circumventis Praetoria auctoritate succurritur, ipsos reportando in statum pristinum: ut habetur, Leg. 1. ff. De Civit. Cap. Ex Litteris. Cuiusmodi laesae sunt causae, ex quibus aliquid circumvenitur, aut laedi potest: puta ex contractibus minus, pigrioris, venditionis, emptiois, sententia Judicis decepti per falsos testes, instrumenta &c. Ideo adversus omnes istos modos, laedendi potest laesae quaerere beneficium restitutionis in integrum: de quo Constitutio in titulo Decretalium Sexti, & Clementina de in integrum restitutione. In praesentem tantum agimus de ea, quatenus est beneficium adversus prescriptionem: atque ita recte describitur, quod sit: Remedium Juris, quod, facta prescriptiois relinquere priori domino, ut iudicis auctoritate in statum pristinum, in quo fuit non prescriptioem, reportari possit. Hoc praemissio.

LL. Dico primo. Adversus prescriptionem inmemorabilem nemini datur beneficium restitutionis in integrum: quia haec censetur iure privilegii: damnoque tamen non desunt requirita legitime prescriptiois, praecipue bona fides. Quae igitur procedit de prescriptione longi temporis.

LI. Dico secundo. Beneficium restitutionis in integrum datur minorennibus, Ecclesiis, Hospitalibus, aliisque piis locis, quae in favorabilibus aequiparantur pupillis, & minoribus, ex hypothese, quod contra illos currat prescriptio, est longissimi temporis, quod beneficium quadriennio datur, computando a die prescriptiois completa, & minorennibus cognitae. Quae restitutio locum habet etiam in prescriptione quinquaginta annorum, vitandis negligentiae faciente in impedienda possessione. Ita de pupillis sancitur Leg. Ex quo, C. de Temp. integ. restit. Et quoad Ecclesiam, Cap. Ecclesia, & Cap. Si adversus, de Restitut. in integrum, in 6.

LII. Majoribus autem 25. annis conceditur etiam hoc beneficium, sed minor liberalitate: quia non sunt ita favore juris muniti, sicut minores. Unde, ut isto beneficio gaudeant, oportet, ut adde iusta & gravior causa, qualis censetur, primo, Necessaria, vel iusta absentia, vel involuntaria: ut si in hostium potestate, captivitate, vinculis fuerit: si causa evadenda valetudinis in aegritudine: si belli, vel pestis tempore abfuerit. Secundo, Iusta, ut si abfuerit in causa Ecclesiae, negotiis Republicae tanquam Legatus, Procurator, miles: quibus aequiparantur, qui causa Studiorum peregrinantur. Leg. Supervacuum, Cod. de temporibus in integ. restit. Tertio, Si dolo, vel violentia adversarii impeditus fuit a rei suae possessione, quamvis tunc etiam deus actio de dolo malo, Leg. Div. Antonius, ff. De in integ. restit. Quarto, Si interveniat impedimentum naturae: vel casus fortuiti: Ita restitutio servitus aqueductus illi, qui pluribus annis illum ducere omisit, non sua negligentia, sed quia fons exaruit. Quinto, Secundum aliquos iusta & inculpabilis ignorantia facti. Et ratio est: quia cum prescriptio sit odiosa, & inducta in odium negligentium, & ignorantia invincibilis facti omni valet negligentia, non videtur ab hoc beneficio excludenda. Suff-

ficiant haec pro aliqua Candidati instructione. Res enim hujusmodi Jurista, & Canonista magis sunt, quam Theologi.

QUESTIO VII.

De Subjecto Domini in Communi.

Exposita jam natura domini, nec non modis illud acquiri, & reddi explicitis; superest examinandum, quatenam sint subjecta capacia illius: quod in hac Quaestione praestabimus.

DUBIUM I.

Quatenam Natura sit Capax Domini.

S. I.

Resolvitur de Creaturis Irrationabilibus.

JOHANNES GERSON, de Possestate Ecclesiastica, Consider. 23. & De Vir. Spirit. Lett. 3. videtur sentire, quod etiam in brutis, immo & in aliis creaturis sensu carentibus, sit aliquarum rerum dominium. Quod quidem, quod brutis, probat ex illo, Gen. 1. ver. 29. Ecce dedi vobis omnem herbam... ut sint vobis in escam, & cunctis animalibus terrae, omnique volucrum Caeli &c. Sed per haec verba confirmatur dominium homini super omnia praefata; ergo etiam brutis. Rursus: inter quaedam animalia adde aliqua species principatus, subjectionis, & gubernationis: nam inter apes unus est Princeps, inter greges unus dux, quem caetera sequuntur. Unde S. Hieron. (Eph. 4. modo 95. ad Rufinum Monachum) re-latus C. In Apibus 7. qu. 1. in apibus (inquit) Princeps unus est, greges unum sequuntur ordine litterarum. De apum regimine, & Monarchia videtur potest Thomas Casparianus in Lib. de apibus, Diocorides, &c.

II. Quoad alias res inanimatas probat ex Genes. 1. ver. 16. ubi dicitur, quod fecit Deus Duo luminaria magna: luminare majus, ut praeseret nocti. (nempe Solem) luminare minus (nempe Lunam) ut praeseret diei. Quod est autem aliud praesert, quam dominari? Et certe Sol, & Luna dominantur huic mundo inferiori, cum calore, virtutem, immo & vitam, ac motum infundant. Dum etiam ratione. Nam dominium nil aliud videtur esse, quam facultas ad rem quamlibet: argui quilibet res facultatem hanc habet, nam Sol facultatem habet ad illuminandum, gravia ad motum deorsum, levia ad sursum; ergo &c. His tamen non obstantibus.

III. Dico, Nulla creatura irrationalis, sive sensu praedita, sive sensu carens, est capax domini. Probatur primo. Quia, Genes. 1. pro ratione supremi domini in omnia animalia assignatur imago divinitatis, sive in ratione, & libera voluntate consistit: Faciamus (inquit Deus ver. 26.) hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. & praesertim piscium maris, & volucrum caeli, & bestiarum, universaeque terrae, omnique reptili, quod movetur in terra. Quae ponderans S. August. Tract. 8. in 1. Epist. Joann. ait: Quia homo ex eo habet personam, ex quo factus est ad imaginem Dei. Ubi autem factus est ad imaginem Dei? In intellectu, in mente, in interiori homine; in eo, quod intelligit veritatem, adiudicat iustitiam, & injus-titiam &c. Ergo ubi non sunt haec, ut non sunt in brutis, ibi non est potestas domini.

Secundo. Si bruta haberent aliquarum rerum dominium, puta pabuli; sequeretur, quod si quis illud auferret, injuriam eis irrogaret, ac lubinde peccaret: contra iustitiam; quia auferre rem domino invito injuria est: sed neque animalibus, neque ulli creaturae ratione carenti injuria irrogari potest; ergo nulla creatura ratione carens capax est domini. Minus probatur. Injuria non fit, nisi nolenti; ergo ubi voluntas non est, injuria non erit, nec subinde dominium, ad cuius privationem injuria sequitur.

IV. Confirmatur. Illius solum potest esse aliquarum rerum dominium, cuius proprium est liberum, & electionis operari: unde homo illarum tantum operationum dominus dicitur, & est, quia liberum, & non ex necessitate ponit: quia dominium est, quia facere pro libito, & posse non facere: sed creaturae irrationales necessario agunt quicquid agunt; ergo nullius rei habent dominium. Rursus: non potest esse aliarum rerum dominium, qui non est dominus sui, nec suarum operationum dominus; ergo &c. Videtur de hoc S. Thom. 1. 2. qu. 1. art. 1. & 2. Præterea: dominium est jus utendi re ad quemcumque usum lege non prohibentem: sed creaturae irrationales non possunt uti re aliqua, cui usus est mediatur ad finem: creaturae autem irrationales non possunt uti mediis, propter finem, cum nequeant commovere proportionem mediiorum ad finem, ut S. Thomas loco mox citato, ergo &c.

V. Neque dicat. In principio iustitiae, jus naturale esse illud, quod Natura omnia animalia dedit: ergo jus naturale est commune hominibus & brutis: cur ergo non etiam dominium? Nam respondeo, neg. conf. Brutis enim jus naturale attribuitur solum aequivoce, & materialiter; quatenus sciunt naturalis instinctu, & impulsu, quae homines faciunt iure, & recta ratione praediti.

VI. Neque insuper obicit ea, quae ab initio in oppositum adducta sunt. Nam illud ex Genes. 1. Ecce dedi vobis herbam &c. contrarium potius offendit. Quia aperte significat dominium herbaram &c. esse datum homini, ut ex iis sustentet se, & sua alimenta, & pecudes.

Ad

Ad illud de apibus, & gregibus, dico, solum evincere, quod quaedam animalia ex naturali instinctu habent quoddam simulacrum guberni, quoddam dominium metaphoricum: ad eum modum, qui in formica dicitur esse sapientia, vel prudentia iuxta illud Prov. 6. ver. 6. Vade ad formicam, o piger, & considera vias ejus, & discite sapientiam.

VII. Quod autem dicitur in Genesi Solem factum fuisse, ut praeseret diei, facit locutionem metaphoricam quatenus sicut qui praesert, & dominatur splendet in populo: ita Sol, qui in mundo fulget, & diei dat lucem praesert per metaphoram dicitur.

Ad id, quod additur, nego, quod dominium fit solum facultas ad operandum: sed debet esse facultas ad libere disponendum de re: secundum omnem usum lege non prohibentem, quod soli rationali naturae convenit.

S. II.

Resolvitur de Naturis Rationalibus.

EX dictis facile apparet, solum naturam intellectualem, quippe ratione, & voluntate naturam, veri domini capax esse. Quia tamen natura intellectualis Deo, Angelis, & hominibus convenit; Deo quidem in summo gradu, Angelis in medio; hominibus in infimo; sed.

VIII. Dico primo. Deo soli convenit summum, absolutissimum, & inabdicabile dominium supra omnia creata. Probatur. Quia solus Deus est creator, & gubernator omnium: quatenus creator, est Dominus totius entitatis, & cuiusvis actionis ejus: quatenus gubernator, omnia dirigit ad suum finem, nempe, ad se ipsum. Unde quia creator, omnia sibi subicit, tamquam cause prima, & propter independenter: quatenus vero gubernator; omnia sibi subicit tamquam ultimo fini. Quare hoc inter dominium Dei, & hominis discernimen est: quod homo non est dominus naturae, sed tantum usus: Deus autem dominus est usus, & naturae. Non solum enim ea ut potest quomodocumque voluerit; sed etiam potest eam immutare, in nihilum redigere. Hinc Deus dicitur solus Dominus. Unde refert Suetonius, quod cum quidam largitus Octavianum Angulum Dominum conclamasset; id ipse ægre ferens prohibuit, ne deinceps Dominus vocaretur; sed diminutive Dominus; tacite indicens, nomen Dominus soli Deo proprie convenire, & independenter voluntate uti potest quaecumque creatura ad quoscumque usus, & sine fuis sapientiae; ergo &c.

IX. Dico secundo. Angelus habet quidem dominium supra suas operationes: sed supra haec res corporales dominium proprie tale non habet, sed solum praesidentiam quamdam, ex dispositione divina. Tres habet partes hoc assertum. Et prima liquet. Nam Angelus est intellectualis, & liber; ergo dominus est actionum, quae fuis subsunt libertati.

Secunda pars probatur. Nullibi enim legitimus, dominium proprie tale supra res corporales datum Angelis, sicut legitimum datum homini, ut dicemus. Deinde dominium proprie tale est jus disponendi de re aliqua, tamquam sua, in proprio commodum &c. Sed Angeli, qui sunt spirituales, nequeunt uti rebus corporalibus in proprio commodum: quid enim Angelo conferre commodi potest tota haec corporalis machina? Ergo &c.

Tertia, vero pars ostensa a nobis fuit, Tom. 1. in 1. par. qu. 1. Dub. 4. §. 1. & 2. Ubi diximus, totum hunc mundum visibilem per Angelos gubernari; singulari Regnis, ac Provinciarum singulis esse praepositos: immo singulis hominibus, tamquam custodes, & ministris Dei ejus mandata exequentes. Unde Apoc. 7. ver. 2. dicitur, quod quatuor Angeli Datum est necere terra, & mari, tamquam scilicet voluntatem Dei exequentibus: quare statim eis injungitur: Nolite necere terra, & mari, neque arboribus.

X. Dico tertio. Homini datum est verum dominium supra has res corporales inferiores. Probatur, ex Genes. 1. ver. 26. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. & praesertim piscium maris, & volucrum caeli, & bestiarum, universaeque terrae, omnique reptili, quod movetur in terra. Quod re-cepit, v. 28. Repleat terram & subicitio eam, dominiumque piscium maris, & volucrum caeli &c. Et Psal. 8. ver. 8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves, & bobes universas: insuper, & pecora campum. Unde universa propter hominem condita sunt, eique a Deo tradita, ut illis in suum commodum utatur.

S. III.

An Peccatores, & infideles sint Domini Capaces.

XI. Dico quarto. Homines etiam peccatores, immo & infideles, habent verum dominium. Priorem partem tenent ostendimus, contra Wiclefium, Tom. 1. in 1. 2. Tract. de Legibus Qu. 6. de lege humana, Dub. 6. §. 2. Ubi probavimus, Principes, ac Praelatos esse veros dominos; est illi canonice fide, vel hi sint in peccato mortali: quae huc revocanda sunt. Utraque autem pars continetur in Sacra utriusque Testamenti pagina: Paulus enim, Rom. 23. v. 1. vult, ut Omnia animae potestati sublimioribus subacta sit: non enim est peccatum nisi a Deo, & ver. 7. concludit: Reddite ergo omnibus alicui tributum, tributum, cui vult, cui vult, &c. Quod & Christus ipse fecerat; Matth. 17. ver. 26. solvendo pro se, Gestis Theol. Tom. II.

& Petro tributum, sicut solvendum dixerat, Lucæ, 10. ver. 25. Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari. Et tamen tunc Caesar, ac caeteri Principes infideles erant. Peccatores quoque veros esse dominos, demonstrat S. Petrus, Epist. 1. cap. 2. ver. 13. dicens: Subjecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive Regi quasi praesertenti, sive Ducibus &c. Quia sic est voluntas Dei &c. Et ver. 18. Servi subditi estote in omni timore domino, non tantum bonis, & modestis, sed etiam aspidosis. In veteri etiam lege inter Reges & Principes recentior non solum pii, ut David, Josaphat, Ezechias &c. sed etiam Achab, Manasses &c. quamvis impii, & idololatrae.

XII. Ratio autem est. Quia radix proxima, stultus, & subiectum domini sunt ratio, contractus, haereditas, possessio, electio &c. quae omnia inveniri possunt non solum in hominibus, sed & in peccatoribus, & infidelibus. Adde: quod sicut peccatum, & infidelitas non tollunt ab homine dominium in propriis actionibus, vitam, membra, & famam; quia non tollunt ab eo rationem, ac libertatem: ita nec ab eo tollunt jus & dominium in caetera bona, quae quoque iusto titulo possidet. — Et tandem. Nam cum nemo sit certus, an sit in statu gratiae, an peccati, incerta forent rerum dominia. Nulla insuper esset inter homines fides, ac securitas: cum quilibet, praetextu peccati, posset inhicere spoliationi bonorum alterius, seque peccati aditus pateret injuriis.

XIII. Neque dicat cum Armacano, voluntatem non esse se sola radicem totalem domini; sed requiri ut sit juncta fidei, & charitati. Quando enim Deus, Genes. 1. concessit Adam dominium, benedictione ipsum praeunivit, quod designabat aliquid supra naturam, pertinet ad ordinem gratiae. — Praeterea: fundamentum domini in eo consistit, quod homo fit conditus ad imaginem, & similitudinem Dei, Gen. 1. ver. 26. sed per peccatum mortale homo amittit imaginem Dei: quia comparatur jumentis insipientibus, Psal. 48. ver. 13. ergo &c.

XIV. Respondetur enim, neg. assumptum. Alias sequeretur, quod cum Deus semper concedat iustis id, ad quod habent jus ex charitate: eis concederet plura temporaria bona: quod magis iusti essent, si ex charitate ad ea jus haberent: quod tamen falsum est. Immo Christus a temporarium possessione iustos, ac perfectos dehoratur, Matth. 19. ver. 21. Pede, & vnde &c. Ad primam prob. dico, benedictionem illam non fuisse collationem alicuius boni supernaturalis, alioquin etiam animalia bruta, quae fuerunt a Deo pariter benedicta, Gen. 1. ver. 22. vel aliquo supernaturali dono insignita, vel domini capacia fuissent effecta; quod falsum esse supra ostendimus. Fuit ergo illa benedictio non gratiam conferens, sed naturalem speciei propagationem largiens: unde statim subditur: Crescite, & multiplicamini.

Ad secundam, nego min. Referente enim Epiphano, Epist. ad Joann. Hierosolymis, fuit error Origenis, Adam per peccatum imaginem Dei amisisse. Amisit quidem Adam peccando iustitiam originalem, cuius beneficium appetitus sanctivus perfecte subieciatur rationi; & hac amissa dicitur factus similis jumentis insipientibus: quia concupiscentia carnis, & appetitus sensitivus eum ad sensibilia trahere cepit. Non tamen amisit naturalem libertatem arbitrii, in qua imago, & similitudo Dei sita est.

XV. Neque dicat iterum. Scriptura docet, propter solum peccatum amitti dominium. Benedictus enim 10. ver. 2. dicitur: Regnum a Gente in Gentem transferetur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos. Et ratio est. Quia non est dominium, nisi a Deo: Deus autem non conferre dominia improbis. Primo. Quia sunt ejus hostes. Secundo. Quia videretur abusus domini dimittere approbare.

XVI. Nam respondeo, Scripturam solum docere, Deum ali-quando punire homines propter peccata, transferendo ab eis Regna, & dominia: sic olim punivit, & modo punit Judaeos: non tamen, quod homines, hoc ipso quod peccant, amittant Regna, & dominia. Verum quidem est, dominia esse a Deo: decet tamen Dei benignitatem, ut, sicut Matth. 5. ver. 45. Solem suum oriis facit super bonos, & malos, & pluit super justos, & injustos, sic etiam generali sua providentia dominia conferat iustis, & injustis, quin eorum injurias, & abusus approbet: sed, vel ut tali beneficio eos ad se alliciat, vel ut remuneret quaedam moralia eorum beneficia, vel peccata subditorem puniat. Videndus haec in re S. Angulimus, lib. 5. de Civit. Dei, cap. 15. & 19. praesertim 21. haec habet: Non tribuimus dandi Regni, atque imperii potestatem, nisi Deo vero, qui dicitur felicitatem in Regno Colorem solis pili: Regnum vero aereorum, & pili, & impii, sicut ei placet, et nisi iuste placet. Et post multa subiungit: Qui Maris, ipse Ceteri Caesaris, qui Angulus, ipse & Normani, qui Hispaniam, vel partem, vel solum sanctissimum Imperatoribus, ipse & Dominum crudelissimo: & ut per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse Apostata Juliano... Haec plane Deus vult, & verus regis, & gubernator, ut placet: & si occulit causas, nunquid injusti?

S. IV.

De Religiosis, an Capaces sint Domini?

XVII. IN hoc quaestio possumus loqui, vel de tota Communitate alienigenae Ordinis Regularis; vel de singulis Religiosis in eo professis. Non loquimur de Clericis, quia de his locuti sumus supra.

Dico primo. Probabile est, Religiosos professos habere posse dominium rerum temporalium, sive mobilium, sive immobilium in communi; ita ut ipsa Communitas vero do-

H h 2

in Christo potestatem primariam fuisse ad spiritualia, et tamen dico, fuisse vi unionis hypostaticae conjunctam etiam su-

XIV. Interca videtur S. Bernardus, l. 3. de Consol. c. 1. ita ad Eugenium III. Papam scribens: Dispensatio tibi super illam (Obeam) creditur est, non data possessio. Si pergit usque ad plenitudinem eius. Non tu ille, de quo propheta: Et erit omnis terra possessio ejus. Christus est, qui possessionem sibi vindicavit, et jura creationis, et merito Redemptionis, et dono Patrie. Qui enim alteri dicitur esse; Possit, a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. Possessionem, et dominium cede hinc. In curam illius habet. Pars tua hinc, ultra ne extendas manum. Ubi S. Bernardus tres titulos dominii amplissimi in Christo reperit, quorum nullus est in Papa. Primus est, Creationis; et de hoc non disputamus, quia non est Christi, ut hominis, sed ut Dei. Secundus est, Redemptionis, juxta illud, Rom. 14. v. 9. In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Idem, Morte, et resurrectione sua mortuos et vivos redemit; et merito Redemptionis omnes suos fecit servos; ac suo subiectos dominio. Unde I. Cor. 3. v. 23. Omnia vestra sunt, qui autem Christi, Christus autem Dei. Tertius autem titulus est, Donum Patrie, quo in Scripturis Rex annuntiatur: Quem, Hebr. 1. v. 2. constituit heredes universorum. Et quo titulo, Luca 10. v. 12. ipse dicitur: Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. His addo: quod summum Sacerdotium Christi, utpote secundum ordinem Melchisedech, qui fuit Sacerdos, et Rex, debuit esse Regis potestati conjunctum.

XV. Illo autem Christi supremo etiam in temporalia potestate amittit, et tamen uti voluit sed potius humiliter, ac vili incedit, et vultu occultat. Unde licet, licet ex gloria animae quasi naturaliter gloria etiam corporis consequeretur, eam tamen corporis passibilitate celare voluit: sic cito Regia potestas, qua donatus a Patre fuerat requireret majestatis pompam, placuit ei paupertatis velamine eam operire. Unde, ut ait Apollonius, 2. Cor. 8. v. 9. Propter hoc regnum factum est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites feceret. Sic enim congruebat fini nostrae Redemptionis, et nostro erudimento. Hujus Christi humilitatis rationes afferit S. Th. Opusc. 20. citato, Capite enim 14. ostendit, quod esto Christi principatus statim a sua nativitate ceperit se manifestare, Angelorum ministerio, denuntiacione ad pastores, et Magorum adoratione; eum tamen in adultae aetate occultare voluit, ad obsequium in Principibus humilitatem, per quam quis redderet in regimine gratiosus. Unde, Multis Principum allatis exemplis, concludit S. Th. Omnes magis Principes, et Monarchas cum humilitate subjugarunt mundum, sed cum fastu elationis perdidit dominium. Cap. v. 15. aliam assignat rationem, nimirum: Ad insolvendum dispendium inter suum, et alterum Principum dominium. Quamvis enim temporaliter esse dominus Orbis, directe tamen ad spirituales ipsam suam volentem Principatum. Et post multa subdit: Ad tollendam ipsius fastidiosis de cordibus hominum, quod quasi Principatum ipsum spectat, ut in mundo dominaretur. Et hoc ille fecit, quia, ut aliorum dicitur: unum, obsequium eligi: et unum dicitur erat dominus, et Monarchas, quia factus est Principatus super haereticam ejus.

S. IV.

Solutio Objectionum in Contrarium.

XVI. Obijciunt primo testimonium Christi, Joann. 18. v. 36. Regnum meum non est de hoc mundo. Si de hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei utique ascenderunt, ut nos traderent Judaeis. Nam autem Regnum meum non est hinc. Nec valet dicere, Christum solum negare exercitium Regis temporalis potestatis. Nam hoc jam constabat Pilato, qui eum videbat pauperem. Rogabat ergo Pilatus, an ipse haberet jus Regni, ut Caesari posset contradicere; ergo cum Christus ei responderit: Regnum meum non est de hoc mundo, non solum usum negavit, sed etiam jus Regalis potestatis. XVII. Respondeo primo, Christum non negare, se esse Regem; nam, v. sequenti, se esse Regem fatetur: sed negare, se esse Regem in eo sensu, quo accusabatur a Judaeis; nimirum quod Regnum Judaeorum assestaret, et quod ad hunc finem venisset, ut Regiam potestatem in mundo exerceret, aut mandatum quereret Principatum: cum potius venisset in Mundum, ut testimonium perhiberet veritati. Ex quo non sequitur, quod Regiam potestatem etiam super naturalia se habere negaret; sed solum se ad eam exercendam non venisset. Hoc autem satis erat ad pacandum animum Pilati: qui cum Caesari zelaret, de habitu Regis majestatis timebat, neque de jure curabat. Illo autem eum pauperem videret, adhuc timere poterat, ne favore populi Regnum assestaret; maxime quia eum accusabant, quod subverteret gentem, et prohiberet tributa dare Caesari.

XVIII. Respondeo secundo. Advertendo cum S. Augustino, Opusc. 115. in Joann. & S. Thoma, Lect. 6. in c. 18. Jo. Christum non dixisse: Regnum meum non est de hoc mundo, sed de hoc mundo: neque dixisse: Regnum meum non est hinc, sed

non est hinc. Regnum ergo Christi, cui data est omnis potestas in Caelo, & in terra, est in hoc mundo; sed non est de hoc mundo. Quasi diceret, secundu Augustinum, id est, fideles mei, qui sunt Regnum meum, sunt in hoc mundo; sed non sunt de hoc mundo, per afflictum, sed imitationem. Vel secundu Chrysostomum relatum a S. Th. ibi: Regnum meum: id est, per vos, et auctoritas, qua Rex sum, non est de hoc mundo: id est, non habet originem ex constitucionibus, et electione hominum, sed aeterna, scilicet, ab ipso Patre, Don. 7. Potestas ejus potestas aeterna, quod non auferretur, et Regnum ejus, quod non corrumpetur.

XIX. Obijciunt secundo. Luca 12. v. 14. cum roganti Christum, ut componeret sitem, quam cum fratre suo haberat, circa divisionem hereditatis, respondit: Quis me constituit iudicem, aut dispensum inter vos? Ut autem significaret, se carere non solum usu, sed potestate judiciaria, dicit, Jo. 3. v. 17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum; ergo &c.

XX. Respondeo cum S. Th. 3. p. 2. q. 59. a. 4. ad 1. relato supra, S. procedente n. 10. quod Chrysostomus, sicut habuit Regiam potestatem temporaliter administrandi, ea tamen in terris vivens uti non voluit: ita etiam habuit judiciariam potestatem, eam tamen in temporalia noluit exercere: quia missus fuerat, non ut iudicaret mundum, sed ut mundum salvaret. Utraque ergo Christus in sui conceptione potestatem accepit, et dominativam, et judiciariam; sed neutra in ordine ad temporalia uti voluit: ad hoc enim a Patre missus non fuerat. Unde Ambrosius, a S. Th. relatus, in praefatum locum Luca: Rex (inquit) terrenus, habet, qui potestatem detestatur: nec iudex dignatus esse litium, et arbitrium facultatum, quoniam habens mortuorum iudicium, arbitriumque vivorum.

XXI. Haec etiam via responderi potest auctoritacione Sacrae Scripturae: in quarum aliquibus videtur negari, Christum fuisse Regem, in aliis vero affirmari, fuisse Regem solum spirituale. Nam auctoritates primae generis solum intendunt, Christum Regem majestatem, non appetuisse. Auctoritates vero secundi generis dam admittunt, Christum fuisse Regem, sed solum spirituale, non negant in eo Regalem potestatem etiam super terrena, sed solum indicant, hanc non fuisse praecipuum ejus finem; sed praecipuum Christi finem, dominationem terrenam in spiritualem vitam dirigere, et ordinare, ut ex S. Th. Opusc. 20. ostensum est.

XXII. Obijciunt tertio varia SS. Patrum testimonia dicentia, Regnum Christi fuisse spirituale, non fuisse de hoc mundo, non fuisse terrenum, temporale, non seculari honore &c. Ut Augustini, l. 17. de Civit. Dei c. 7. Tract. 115. in Joann. Hieronymi l. 4. super Jerem. c. 22. Ambrosii, et aliorum.

XXIII. Sed his, et similibus respondeo. SS. Patres non negare, Christum esse Regem per verum jus, et potestatem super omnia Regna mundi, non minus, immo magis, quam Principes terrae. S. August. l. 12. contra Faust. cap. 33. in Christo Regnum cum Sacerdotio unitum commensans ait: Non ipse David, cum panis propositionis manducavit, quod non licebat manducare, nisi fides Sacerdotibus, in una persona utrinque futurum, id est, in uno Jesu Christo, Regnum, et Sacerdotium servavit. Solum ergo voluit Patres, et Christum non fuisse Regem, quales sunt Reges terreni; nimirum, temporales, et circa temporalia unice occupati, et circa haec potestatem suam exercitantes: cum possimus Christi finis esse, homines ad Caesaria a terrenis habere. Quapropter idem S. August. Tract. 11. in Joann. ad illa verbum verba interpretatur: Beneficium qui venit in nomine Domini, verus dicitur; sed quod fuit Dominus Regem esse Israel; quia magnum facti Regi sacralium Regem fieri hominum? Non enim Rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel exercitum ferro amandans, hostesque vincilliter debellans; sed Rex Israel, quod mensis regis, quod in aeternum constat. . . . Quod Rex esse videtur, non potestatis augmentum; non enim appellatus est in terra Rex Iudaeorum, qui in Caelis est Dominus Angelorum.

XXIV. Obijciunt quarto Rationes. Primo, Facere Christum Regem temporalem, est fingere Messiam, quidem Judaei expectant.

Secundo, Id ex vi unionis hypostaticae collatum est humanitati Christi, quod ad finem Redemptionis, et hominum instructionem conducebat: sed ad hoc non conducebat Regia majestas, et temporalium dominium. Nam ad Redemptionem conducebat humilitas, juxta illud, Philipp. 2. vers. 8. Humiliavit semipsum factus obediens. Et ad nostram instructionem magis juxta omnis temporalis dominii abdicatio, qua omnibus se praebet exemplum haec caduca sperndis; et ergo &c.

XXV. Respondeo ad primam, neg. ant. Judaei namque sibi fingunt Messiam venturum visibili pompa, ac Regio apparatu regnaturum; quod pertinet ad Regalis majestatis usum, et exercitium. Nos autem Christo ob ejus dignitatem asserimus quidem jus, et dominium Regale: usum autem, et exercitium dicimus a se abdicasse.

XXVI. Ad secundam, nego min. quoad utramque partem. Ad probat primae partis, dico, quod licet Christi dignitatem decuit, ut in ipso esset omnis scientia, et ars practica; quomvis ea ad finem Redemptionis non conducere: quia pertinebant ad ornatum animae ejus, et dignitatem, ut inquit S. Th. 3. p. 2. q. 9. a. 4. Nihil coram, quod Deus in nostra natura plantavit, desit humanae naturae assumptae, a Dei Verbo. Et quod non decuit, ut aliquis homo possit aliquid facere, aut operari, quod Christus non possit. Ita nec decuit, ut aliquis

aliquis homo haberet potestatem, et dominium alicujus rei, cujus potestis non esset a Patre aeterno tradita Christo. Unde ad finem Incarnationis & expeditur, ut Christo data esset omnis potestas, et etiam quod non omni ea potestate uteretur.

Ad secundae partis prob. dico, magis firmari nostram instructionem ponendo, quod Christus licet omnem etiam temporarium dominum, quoad jus; omnium tamen usum, et actionem dominum a se abdicaverit: plus enim est, et majoris virtutis actus, quod Rex, dominus usui, et exercitio dominationis, ac divitiarum renuntiet, quam quod eis renuntiet, qui omni carere jure ad illas. Unde ex hoc humilitatem Christi commendat Paulus, quod cum esset dives, propter nos egenus factus est.

XXVII. Sed contra solutionem primae partis instabit sic. Sicut ex conjunctione humanitatis ad Deum consequatur in anima Christi dominium, et jus Regium super omnia; ita ex tali unionis consequatur gloria non solum in anima, sed etiam in corpore: sed quia ad finem Redemptionis assumptum naturam mortalem, et passibilem; impeditur, ne gloria ab anima resiliat in corpus; ergo quia ad finem Redemptionis elegit pauperem, impeditur debuit, ne ad humanitatem rediret jus, et dominium super omnia.

XXVIII. Contra solutionem secundae partis instabit. Perfecta paupertas sita est non in sola abdicacione usum rerum, sed potius in abdicacione omnis juris, et proprietatis: sed Christus perfectam pauperem, quam nos docuit, in se amplexus est: coepit enim facere, et docere; ergo &c.

Confirmatur. Christus perfectionem Evangelicam, quam Apollonius docuit, in se habuit: sed de ratione hujus est deferens eodem usum, sed et dominium rerum omnium: nam, Matth. 19. dicit: Si vis perfectus esse, vende, et vende omnia, quae habes, et da pauperibus. Alias ille homo, cui tanta dicebantur merito a Christi consilio potuisset resistere, eique sic obijcere: tu perfectus es, et tamen erudit omni dominium retines: quare ergo mihi, ut perfectus sim, rerum omnium abdicacionem praestigis?

XXIX. Ad instantiam contra solutionem primae partis dico, nobis potius vivere. Nam sicut non obstat, quod Christus esset virum, fuit tamen etiam comprehensor, et ideo gloriam ab anima non reject: ita licet usum, et dominium omnium. Sed potius licet ejus anima esset vi unionis donata gloria, hanc tamen non permisit exterius transfundi ad corpus: ita licet esset vi unionis praedita omnium rerum dominio, eo tamen exterius usi, ac hominibus manifestare noluit, sed viam pauperem ducere elegit.

XXX. Ad instantiam contra secundae partis solutionem dico primo, de ratione perfectionis Evangelicae esse quidem abdicare a se dominium voluntarium rerum; non tamen dominium naturale, quale erat dominium Christi, habitum ex vi unionis hypostaticae: unde factis erat, ut usum et exercitium abdicaret. Dico secundo, maj. non esse veram absolutionem. Nam status Episcoporum est longe perfectior status Religiosorum, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 184. a. 7. et tamen Episcopi habent jus, et proprietatem, immo usum, et administrationem rerum temporalium. Et ratio est, ut docet S. Thom. ibi ad 1. Quia perfectio non consistit essentialiter in actu renunciationis: haec enim solum est perfectionis instrumentum: sed quod directe pertinet ad perfectionem est, quod homo sit paratus omnia dimittere, si fuerit opus, & ea distrahatur.

Hinc ad Confirma. dico, Christum iuste potuisse ab illo homine, ut si vellet esse perfectus, venderet omnia quae habebat, et daret pauperibus: qui bene noverat, eum divitiis valde affectum, ex retentione illarum a perfectione retardari, ut de factis contigit. Nam auditis Christi verbis: Vade, et vende quae habes, et dabo tibi. Cum audisset autem adolescens verbum abieit tristis. Nec potest: Christo opponere, quod ab argente obijciunt. Nam, praeterquam ipsum videbat, eum Apollonius pauperem vitam ex piorem elemosynis ducere, dominium, quod Christus habebat, utpote non voluntarium, sed naturale, a culmine perfectionis eum nec latum unquam divertere poterat.

XXXI. Obijciunt quinto. Potestas, quae nunquam deducit, fuit ad actum, inutilis erat, et otiosa: sed Christus quamdiu in terris vixit, nunquam exercuit temporalem potestatem: e contra autem spiritualem exercuit semper, remittendo peccata, praedicando, arguendo; ergo hanc quidem habuit, sed non illam.

XXXII. Respondent alii, neg. min. Cum enim Christus misit discipulos ad solvendam astitum, et nullum, dicitur, Matth. 21. v. 3. Si quis viderit Nativitatem dicitur, dicitur, quia Dominus hic opus habet, et confestim prosequitur, et factum fuit; ostendit, se temporariam potestatem, et dominium habuisse. Quo etiam usum fuisse apparet, cum Dominus in grege porcorum immisit: cum facto flagello eiecit vendentes, ac amones de templo.

Sed quid mirum sit de hoc: iam dictum est, Christum Regalis dignitatis, et dominii usum habere noluisse in hac vita: neque per hoc dignitas illa superflua in eo fuit. Quia multa sumptis ad dignitatem humane naturae, quibus nunquam usum esse, neque usum erat, ut dicitur est de aribus praedictis, de potentia ridendi: cum tamen, neque unquam risisse legatur, aut unquam puerit, vel adiecit.

XXXIII. Obijciunt sexto. Si Christus esset Rex temporalis, teneretur gubernare mundum in temporalibus: sed nihil tale gessit, nam nec ministros creavit; immo multorum tyranni-

das permisit. Vel ergo non fuit Rex temporalis, vel non fuit bonus Rex: non enim est bonus Rex, qui gubernare negligit, & qui talia mala permittit.

Respondeo, quod sicut Deus, cum sit omnium rerum Dominus, permittit tamen multas tyrannides, & multa mala propter magis bonum: sic Christus divina voluntatis conficius, tunc non esse tempus ejus, permittit iniquis Principibus terrae gubernationem. Cum autem tempus ejus adveniret, id est, post diem iudicii, ipse solus omnibus dominabitur, & actus est: quia licet modo omnia sint Christo subiecta quantum ad potestatem, non tamen quantum ad executionem.

XXXIV. Tandem obijciunt, Si Christus fuit Rex temporalis, cur turbis rapere eum volentibus, ut faceret regem, aufugit?

Respondo in promptu est. Id Christum renuissit: Tum quia: licet in hoc mundo esset Rex, quantum ad potestatem, nota: tamen esse quantum ad exercitium. Tum quia: derogasset dignitati ejus, si Regnum particulare ab homine accepisset, qui sic erat totius Mundi Rex, ut ejus participatione omnes Reges regnarent. Tum, ut erudiret nos mundanos contemner dignitates. Videatur S. Th. super Cap. 6. Jo. Lect. 2. Haec probabiliter dicta sunt, contraria opinione fuz probabilitate relictis.

D U B I U M I I I.

An Papa dici possit, & sit Dominus Temporalis totius Orbis?

I S

De Potestate Indirecta.

CHRISTUM titulo Redemptionis jus supremum, Regiamque potestatem in toto Orbe, etiam quoad temporalia, & ideoque totius Orbis Monarcham dici possit, probabiliter ostendimus. De Summo Pontifice etiam legitimo in terris Vicario superest inquirendum: an scilicet illi a Christo collata fuerit talis, tantaeque potestas; ut jus, ac jurisdictionem habeat, super omnem, etiam in spiritualibus, sed etiam in temporalibus: & hoc in toto Orbe Christiano.

De potestate quidem spirituali, hanc supremam in Summo Romano Pontifice refidere, certissime possumus; & Theologi omnes Catholici, ut certum, et exploratum fuz loco habent; noque in Vera Ecclesia, Tom. 1. p. 1. art. 1. & 2. fufe demonstravimus. Quare de dominio temporali unice quaestio procedit.

Venim quia summum Pontificem habere dominium super temporalia, potest intelligi dupliciter: uno modo directe, & per se, in ordine ad finem temporalem: alio modo indirecte, & ex consequenti, si nimirum sic expedit bono spirituali, & fidei conservacioni; acerrime disputat inter Theologos: an Romanus Pontifex jus, et potestatem, saltem indirectam, habuerit a Christo circa temporalia; ratione cuius, quando expediens judicaverit ad finem supersubstantialem conservacionis fidei, & Ecclesiae universalis bonum, possit Reges, ac Principes Christianos Regnis, ac temporali dominio privatos declarare; eorumque subditos a juramento fidelitatis ipsiis praestito absolutos pronuntiare. Haec tota contentione negant, tamquam Regibus injuriosum, Theologi non pauci, ut notum est: famores tamen, tamquam fidei Catholicae conservanda peritile, ac necessarium asserunt. De hoc aliqua dixi, de Calixtano, Colloquio 4. secunda Cassid. & in Vindictis Gregorii VII. Colloquio II. modo pro mei Candidati instructione, aliqua praesertim ex S. Thoma, subijciant.

II. Dico. Summo Pontifici jus, et dominium, saltem indirectum, in temporalia modo explicato denegandum non est. Probatur primo. Quando potestas civilis, et spiritualis conjunguntur, tamquam partes ejusdem Republicae; potestas civilis ita subditur spirituali, sicut corpus subditur spiritui in eodem composito: sed eilo spiritus non semeliceat actionibus carnis, sed finat eam illas exercere, per ut in brutis exercet tamen quando operationes carnis officium fini ipsius spiritus, vel ei resistunt; ad spiritum pertinet imperare carni, eam castigare, affligere, cohibere linguam, ne loquatur, oculos ne videant: & si ad finem spiritus obinendum, necessaria sit carnis passio, ead etiam mors, potest spiritus imperare: ut ad haec se exponit, ut in Martyribus constat; ergo similiter eilo spiritualis potestas per se non se mitti fecat temporalis, eisque negotiis, sed finat eam procedere si tamen temporalis potestas fini spiritualis potestatis obstat, potest haec, & debet eam coercere, & omni ratione, & via, quae necessaria videbitur, ab subjectionem trahere.

Doctrina haec, & discussus est Sancti Thomae, 2. 2. quaest. 60. art. 6. ad 3. ubi haec habet: Potestas secularis subditur spirituali, sicut corpus anime: & ideo non est usurpatum iudicium, si spiritualis Prelatus se intromittat de temporalibus, quantum ea, in quibus subditur ei secularis potestas. Et eadem 2. 2. qu. 12. art. 2. ubi querit: an Princeps, propter apostasiam a fide, amittat dominium sui subditos, ita quod ei obedi-ent non roboratur. Postquam docuit, infidelitatem per se non repugnare dominio: eo quod dominium introductum est de jure Gentium, quod est jus humanum; distinctum autem Fidei, & infidelium est secundum jus divinum, per quod non tollitur jus humanum. Sed aliquis per infidelitatem peccans potest sententialem jus dominii amittere, sicut etiam quandoque propter alias culpas. Inde subijciens, ad Ecclesiam non pertinere punire infidelitatem in illis, qui nunquam fidem susceperunt; prosequitur: Sed infidelitatem illorum, qui fidem susceperunt;

H II 4

perunt, potest fontem dicitur punire: & conveniunt, in hoc punitur, qui subditis fidelibus dominari non possunt: hoc enim vixit in magna fidei corruptione...

II. Ratio autem a priori est. Nam quando Reges, & Principes ad Ecclesiam veniunt, ut Christiani fiant per Baptismum; recipiantur cum pacto expresso, vel saltem tacito, ut sceptrum sua Christo subdant, & pollicentur, se Christo fidem in se, fuisse subditi servaturos, etiam cum Regni amissionem: non enim est idoneus Baptismus, qui non est paratus Christo servire, & propter ipsum amittere aliquid habet; ergo si a fide Christi quocumque deviate, poterunt per spirituale potestatem ad servandam fidem cogi; & si remanet, absque illa injuria Regno privati.

IV. Confirmatur. Quando Petro dixit Christus, Joan. ult. v. 17. Pasci oves meas; dedit illi omnem facultatem, quae piscendo, & tuendo gregi necessaria est; Pastori autem triplice potestas est necessaria. Una circa lupos, ut eos arceat omni ratione, quae poterit. Altera circa arietes, ut si quando cornibus ledant gregem, possit eos recludere, & prohibere ne gregem precedant. Tertia circa oves, ut tribuat singulis convenientia pascua. Ergo hanc triplicem potestatem dedit Christus Petro, & subinde Romanis Pontificibus in Petri auctoritate successoribus: unam arcendi lupos, nimirum invadentes Ecclesiam, eos ab ovili per excommunicationem arcendo, & oves, nempe, populos jubendo, ne eos sequantur: alteram circa arietes, ovile turbantes, & dissipare conantes, ut si Princeps, & qui Ecclesiam tuent, ac defendere tenentur, ei ac Religioni multum oblit. Tertiam circa oves, cogendo eas, ut singulae vivant secundum statum suum.

V. Hujus autem non desunt exempla, tum in veteri, tum in nova lege. In veteri enim legitur, v. Paralip. c. 23. quod cum Athalia tyrannice occupasset Regnum, & foveret cultum Baal, Josada Pontifex vocavit Centuriones, & milites, quibus iussit, ut Athalias interirent: quod factum est, & pro eo Joas Regem creavit. Item, 2. Paralip. c. 26. legitur Oziam Regem cum Sacerdotum officium usurparet, a Pontifice fuisse de templo eiecum, & a Deo lepra percussum, eandem etiam fuisse a Civitate discedere, & regnum filio renumerare.

In nova etiam. Nam primo, Gregorius II. Leoni Imperatori Feonemacho, a se excommunicato, prohibuit vestigia solvi ab Italia, & proinde cum parte Imperii multavit. Secundo, Zacharias rogatus a primatibus Galliarum Childericum deposuit, & in ejus locum Pipinum Caroli Magni patrem Regem instituit: ut a Regno Galliarum, quae Religioni ex ejus loco imminebat, averteret, C. Anas, 15. g. 6. Tertio, Leo III. Imperatorem deposuit. Quarto, Gregorius VII. Henricum IV. Imperatorem deposuit. Quinto, Innocentius IV. in Concilio Gener. Lugdunensi, consentientibus Patribus, deposuit Fridericum II. Omnia alia exempla magis recentia.

VI. Multa sunt, quae Auctores contrarii in oppositum afferunt: maxime, sententiam nostram e scholis noviter erupisse; doctrinam Ecclesiae antiquae esse contrariam. Sed hic non vacat rem hanc examinare. Solum dicam, objectionem hanc praeviam fuisse a S. Thoma, citata 2. 2. q. 12. a. 2. Sibi enim objicit, quod Julianus, quamvis Apostata, erat tamen Imperator, etque Christiani milites obtemperabant. Cui respondet: Ad primum dicendum, quod illo tempore Ecclesia in sui necessitate nonnulla habebat potestatem: principes compescendi; & ita ceteris. Fideles Juliano apostata obedire in his, quae non erant contra fidem, ut minus periculum fieri videretur. Praeterea, dico, exempla quae adduximus ex veteri, & novo Testamento, satis evincere, nostram sententiam non esse novam, sed novam potius esse sententiam oppositam, Sed hic satis.

§. II.

De Potestate Directa.

VII. Dico primo. Papi non est dominus totius Orbis, Probat. Nam Papa dominium non habet in illas Provincias, quas obtinent Infideles. Tum quia: Christus, Joan. ultimo, scias oves, & agnos suos Petro commisit: Infideles autem non sunt agni, aut oves Christi. — Tum quia: Papa non potest judicare Infideles: Quid enim mihi de eis, qui foris sunt judicare? (ajebat Paulus, 1. Cor. 5. v. 12.) — Tum denique: quia Principes infideles sunt veri ac supremi suorum Regnorum domini; quia, ut dicebamus, dominium non fundatur in gratia, aut in fide, sed in libero arbitrio; neque dominium descendit ex jure divino, sed ex jure Gentium: unde Regna Gentilium tam in veteri, quam in novo Testamento approbantur a Deo.

VIII. Dico secundo. Papi non est temporalis Dominus totius Orbis Christiani. Prob. Papa illud jus, & potestatem habet in Orbe Christiano, quam Christus contulit Petro: sed Christus non contulit Petro per se, & directe dominium temporale in Orbe Christianum; sed solum spirituale pertinens ad regimen Ecclesiae suae, ad pascendas oves, pabulo

spirituali, in ordine ad vitam aeternam: unde dedit ei claves Regni Caelorum; ergo &c.

Secundo, Si Summus Pontifex haberet dominium universale super temporalia totius Orbis Christiani; sequeretur: quod donationes factae ab Imperatoribus, Regibus, ac Principibus, qui Urbes, & Provincias Ecclesiae donarunt, non fuissent vere donationes, sed restitutiones: etiam dare rem aliquam proprio rei domino, non est donare, sed restituere. — Rursus: omnes Principes Christiani temporales essent Vicarii Papae; & ab eo jurisdictionem temporalem acciperent: quod est inaudibile.

Tertio, Si Pontifex esset supremus totius Christiani Orbis dominus, esset universalis Rex, & Imperator: sed hoc est falsum. Nam, Cap. Cum ad verum, dist. 96. disponitur, ne Imperator sibi jura Pontificatus usurpet: aut Pontifex jura, & nomen Imperatoris. Quod etiam videtur a Christo prohiberetur; Matth. 20. v. 25. & Luca 22. v. 25. Reges Gentium dominantur eorum. . . vos autem non sic.

Quarto, Si hoc verum esset, sequeretur, quod Pontifex posset pro sua voluntate, in ordine ad finem temporalem, leges ferre in toto Orbe Christiano; & omnes Principum leges ad libitum abrogare, ipsosque Reges deponere pro sua voluntate: quae omnia falsa sunt, & absurda.

IX. Dico tertio. Attento jure divino, nullum Papa habet dominium per se, & directe in temporalia; ut nimirum, Papa sit Rex, Princeps, Dominus Regni, Provinciae, aut aliquus loci, quantum ad dominium temporale: non tamen pugnat cum jure divino, aut verbo Dei esse simul Principem Ecclesiasticum, & saecularem.

X. Prior pars prob. primo. Nam hoc non habetur ex Sacris Litteris, ut super ostensum est, n. 7. Non habetur ex traditione. Immo habetur, veteres Pontifices omni temporali dominio caruisse: atque Ecclesiam, nomenque progressu temporum ex pietate Imperatorum, & Regum; temporalia bona possidere cepisse.

Secundo, Potestates Pontificales, & Regia secundum divinam Institutionem sunt distinctae, & subiectae, & functione in novo Testamento. Ita Nicolaus I. ad Michaelem Imperatorem, postquam dixerat, ante Christi adventum quosdam fuisse Reges simul, & Sacerdotes, subdit: Cum autem ad verum pontificatum ab illis sibi nec Imperator jura Pontificatus usurparet; nec Pontifex nomen Imperatorum usurparet. Quoniam idem Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus, sic ab eis propriis, & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque assumpsit, ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontifices indigerent; & Pontifices pro causa temporalium imperiorum: ut Imperatoribus legibus viderentur. Refertur haec, & Cum ad verum, dist. 96. — Item Innocentius III. Cap. Solliciti, tit. de Majorit. ad firmamentum (inquit) Celi, hic est, utriusque officii distinctio, scilicet Deus duo magna luminaria creavit, duas insigne dignitates, quae sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas; sed illa, quae praestitit, id est, spiritualibus, major est; quae vero carnalibus, minor: ut quoniam videtur, & Luceum tanta inter Reges, & Pontifices differentia cognoscatur.

Posterior vero pars probata fuit supra, g. 4. sub. v. §. 3. Videantur ibi dicta, quae repetere superfluum esset.

§. III.

Respondetur contrariis.

XI. Primo objicitur. Christus Dominus, ut probabiliter statimimus, habuit dominium universale super totam Orbem, etiam quoad temporalia; ergo hoc idem habere debet Summus Pontifex. Conc. Prob. Quia Christus dedit Petro Vicario suo potestatem, quam ipse habuit, ad pascendas oves, quae commisit Petro, & successoribus ejus.

Et Confirmatur ex illo, Joan. 20. v. 21. Sicut misit me Pater, & ego misit vos; sed Pater misit Filium cum potestate domini, etiam temporalis, in totum Orbem; ergo cum hac misit Christus Apostolos, & maxime Petrum.

XII. Respondet, conc. ant. neg. conf. Non enim omnem potestatem, quam Christus habuit, ratione unionis humanitatis ejus cum Verbo, contulit Petro. Nam Christus habuit potestatem condendi Ecclesiam, instituendi Sacramenta, habuit scientiam beatam, infusam, omnes artes, impeccabilitatem, &c. quae non communicavit Petro, aut successoribus ejus. Potestatem ergo excellentiam, quam Christus habuit, quatenus animus ejus conjunctus erat divinitati, nemini contulit, ut docet S. Thom. 3. p. 2. q. 64. a. 4. ad 1. Sed solum eam potestatem contulit Petro Vicario suo, quae volebat, ut uteretur ad regimen ordinarium suae Ecclesiae. Potestatem autem temporalem, sicut Christus ipse (qui eam habebat) uti voluit; ita noluit, ut ejus Vicarii uterentur; & ideo istam illis non contulit.

Hinc ad Confir. dico, Christum misisse Apostolos, sicut ipse missus fuerat a Patre; sed est alias ratione excellentiae habentis jus in temporalia, atque non fuit missus, ad exequendum ea, quae domini temporales sunt, sed solum spiritualia; ergo cum hac tantum facultate ad spiritualia misit Apostolos. Alioquin evinceretur, non solum Petrum, sed omnes Apostolos cum dominio temporali in totum Orbem fuisse a Christo missos; cum illis verbis non solum Petrum, sed omnes Apostolos alioqueretur: proinde non solum Romanum Pontificem Petri successorem, sed & omnes Episcopos Apostolorum successores dominium temporale in totum Orbem habere.

XIII. Secundo objicitur S. Th. qui in 2. Sent. dist. 44. in fine

sine expositione textus, ad 4. dicit: quod Papa Veritasque potestatis apicem tenet, scilicet; spiritualis, & saecularis: & hoc, ille disponit, qui est Sacerdos, & Rex in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, Rex Regum, & Dominus annuntium. Et scribens in cap. 6. 1. ad Cor. Lett. 1. ex Apostolo docere videtur, datam Ecclesiae potestatem judicandam saeculari.

XIV. Resp. tamen, S. Thom. in 2. Sent. non velle in Papa esse apicem utriusque potestatis spiritualis, & temporalis ex quo, quasi utramque habeat per se, & directe: sed quod cum in Papa sit apex potestatis spiritualis directae, & per se: cui potestas saecularis in his, quae sunt ad salutem animae, obedire tenetur; sequitur quod indirecte sit in eo etiam apex potestatis saecularis. Et quod ita sentiat, patet; ait enim: in his, quae ad bonum civile pertinent, magis obediendum esse potestati saeculari, quam spirituali, secundum illud Matth. 22. Reddite, quae sunt Caesari, Caesari. Quia vero in Papa potestati spirituali conjuncta est amplissima potestas disponendi etiam de rebus civilibus, si hoc exigit salus animarum; idcirco dicit, in eo esse apicem utriusque potestatis.

Neque oppositum docuit in 2. ad Cor. Ibi enim cum Apostolo solum dicit, quod fit inter Fideles lites oriantur, eligendi sunt Fideles, etiam viles, & abieci, qui de illis lites judicent, seu verus, illas componant, & quam quod Fideles trahantur ad Judicem infidelem, & coram eo litigent: non quod Judices infideles potestatem non habeant judicandi in Fidelium lites civilibus, sed propter scandalum.

XV. Sed dices. Si Papa non est dominus totius Orbis; quod ergo jure Alexander VI. Regibus Hispaniarum Ferdinando, & Isabella concessit dominium Insularum maris Oceani inventuram, & postea inventuratum: quamvis dicta insulae suos haberent Principes, & Reges?

Respondet, namque esse, quod Paulus VI. definiit postea, Reges, & populos Indos Occidentales esse veros dominos rerum, quae habeantur; nec esse privandos tali jurisdictione, & dominio. — His ergo positis, nego, quod Alexander VI. concesserit Regibus Hispaniae facultatem spoliandi Indos dominio, & illud sibi adjudicandi. Sed cum Pontifex habeat dominium, saltem indirectum, super temporalia, quatenus servare debent fini, & gubernationi spirituali: ideo concessit Regibus Hispaniae, ut loco sui hac facultate uterentur: non quidem ad directe spoliandos Indos dominio, sed ad amovenda impedimenta, quae barbari illi opponerent praedicationi Evangelii, ad quam toto Orbe effundendam jus habet a Christo: & maxime si subditi fidelibus, aut fidem acciperent volentibus, ipsi Reges infideles obstant. Ut enim docet S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 19. Possit jusse per Imperatorem, vel vicarium, non Ecclesiam auctoritatem Dei: habentis tale jus domini, vel jurisdictionis: tolli: quia infidelis merito sui infidelitatis meretur spoliari amittere super Fideles, qui transfuerunt in filios Dei. Quod jus habere dicit etiam supra infideles Principes, qui nunquam fidem susceperunt.

XVI. Tertio objicitur. Vacante Imperio, Summus Pontifex in administratione succedit, & Imperiali utitur potestate, donec alii fuerit Imperator electus, ut habetur ex Clement. Pastoralis de Sen. & re judicata; ergo signum est, Imperialem potestatem a Summo Pontifice, ut a summo temporali Principe dimanare.

Confirm. Papa transfuit Imperium a Graecis ad Germanos, designavit Electores Imperatoris non esse plus, quam septem, quatuor laicos, & tres Ecclesiasticos; & rursus Imperatorem electum confirmat: sed haec denotant, Papam habere jus supremum Imperii temporalis; ergo &c.

XVII. Respondetur, neg. conf. Nam vacante Imperio, Papa succedit Imperatori, non in omnibus, sed solum in auctoritate judicandi, & terminandi causas, quae ad solum Imperatorem pertinent, & quae motam non patiuntur. Hoc autem, non quia Pontifex sit summus Princeps temporalis; sed quia quando deficit summa potestas temporalis, cause devolvuntur ad supremum Judicem spiritualem, tamquam ad digniorem.

Ad Confir. idem dico. Pontifices enim transfuerunt Imperium, designantur Electores, confirmant electionem Imperatoris, non ratione domini temporalis, quod directe habent: sed quia cum hoc omnia debeant fieri ab aliqua auctoritate suprema, & in temporalibus nemo sit superior ad Imperatorem, recurrendum est ad supremam auctoritatem spiritualem.

XVIII. Quarto objicitur, ex Innocent. III. Cap. Solita de Majoritat. & obedientia. Ubi Sacerdotalis dignitas comparatur Soli, Regalis autem Lunae: sed Sol praestitit omnibus corporalibus; ergo &c.

Confirm. primo, ex Bonifacio VIII. in Extr. Unam Sanctam. Ubi definitur, omnes Fideles de necessitate salutis subiectos esse Romano Pontifici; & in potestate Ecclesiae esse utrumque gladium, materiale, & spirituale: unde, Luca 22. duos gladios Petro concessit.

Confirm. 2. Quando alicui committitur aliqua potestas, datur ei auctoritas super omnia, quae sunt necessaria ad illum finem, ad quem datur talis potestas: sed ad finem spiritualem, ad quem datur Pontifici potestas, necesse est, ut habeat potestatem super omnes potestates inferiores, ut possit eas compellere, quando expedierit ad finem spiritualem; ergo &c.

XIX. Respondet, Sacerdotalis dignitatem comparari Soli, quia praestitit spiritualibus, quae diei assimilantur: Regalis autem comparatur Lunae, quia temporalibus praestitit, quae assimilantur nocti. Et quia sicut Sol est dignior Luna: Ita Sacerdotalis dignitas est dignior Regia.

Ad primam Confir. dico, Bonifacium velle, omnes subiectos esse debere Romano Pontifici, tamquam ei, qui nomine Christi tenet claves Regni Caelorum; ideoque potestate ad finem vitae aeternae. — Dicit etiam, esse in potestate eius utrumque gladium, non eodem modo. Unde ait: Uterque ergo est in potestate Ecclesiae, spiritualis scilicet gladius, & materialis: sed in quidem pro Ecclesia, ille vero ab Ecclesia, recedens: ille Sacerdotis, et manu Regum, & militum, sed ad nuntium, & patientiam Sacerdotis. Operatur autem, gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali potestati: in ordine scilicet ad finem spiritualem. Hinc

Ad secundam Confir. dico, solum evincere, Summum Pontificem, habere potestatem in temporalia solum indirecte: quando nempe sic expedierit ad bonum Ecclesiae, & ad salutem animarum: quod, inquam, est habere potestatem indirectam in temporalia, non per se, & directe.

DEBBIUM IV.

An Imperator dici possit, & sit Dominus totius Orbis?

§. I.

Resolvitur Dubium.

I. IN praesenti quaestione tamquam exploratum habendum est, Imperatorem nec habere, nec unquam habuisse dominium proprietatis in totum Orbem. Hoc optime ostendit Mag. Soto, lib. 4. de Just. & Jur. qu. 4. art. 1. concl. 2. ubi dicit, Turcam solum esse, qui, ut fertur, ea dominatur tyrannide; ut cunctas subditorum substantias, tamquam suas, & proprias, ita possideat, ut pro libito univerfas sibi, ut putat, possit usurpare: quae subditos suos tamquam pura mancipia respicit. Jure autem Gentium, est Republica transferat in Principem potestatem, Imperium, & jurisdictionem, non transfert proprias facultates, quibus Princeps uti nequit, nisi quando Republica tenet, & administranda necesse fuerit. Quod si ait lex: Omnia esse Principis; intelligenda est, vel dehis, quae sicut, aut publico erario obveniunt: vel de Regnis, aut Provinciis ab eo in Feudum acceptis. Unde in C. Solita, de majorit. & obed. dicitur: Non negamus, quia praesertim Imperator in temporalibus, illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia: id est Regna, vel Feuda. Solum ergo procedit dubium praesens de dominio jurisdictionis: an hoc habeat de jure Imperator in totum Orbem. In quo Hostiensis, Jo. Andreas, Bartolus, Baldus, alique ex Juristis affirmant. Negant tamen alii quomodoque, & communiter Theologi omnes.

II. Dico, Imperator neque habuit, neque habet dominium temporale jurisdictionis in totum Orbem. Loquimur de temporali: quoniam de spirituali, certum est, hoc soli Romano Pontifici convenire, nec de hoc modo disputatur. Probat ergo. Si Imperator esset universi Orbis dominus; aut id sibi jure divino competere, aut naturali, aut humana, Gentium scilicet, aut civili: sed nullo istorum ei competit; ergo non est &c. Min. prob. Non ei competit jure divino: Nam esto Sauli, David, ejusque prosapia referant Sacra Pagina concessa fuisse Regna, quos nimirum Deus jure suo instituerat; hoc de aliis non legitur. Et rursus: praefati constituti a Deo fuerunt Reges unius particularis populi Judici, non verototius Orbis. — Non jure naturae: quia jus naturae, nude sumptum, nullum mortalium ceteris dominio praestitit; omnes enim nascuntur liberi. Imo si homines jus, disperseque viverent, nullus esset ceterorum dominus; ergo dum in Urbes, & oppida sese receperunt, nullus jure naturae erat reliquis Superior, qui legali dominio possit reliquos cogere.

Si ergo aliquis est dominus Orbis, creatus est auctoritate, & consensu Republicae. Quod autem neque hoc modo creatus sit Imperator dominus Orbis, probatur. Ad hoc enim, ut Republicae in Regem, aut Imperatorem transferat jurisdictionem, requiritur consensus ejus conventus, vel saltem majoris partis, qui in talem electionem consentiat: ac universis terrarum Orbis, imo neque pars decima ejus, unquam fecit conventum, ut in unum universalem totius Orbis dominum dominationem. Nam Romani Caesares, qui plus omnibus Imperii sui fines protulerunt; consensu unius populi Romani electi fuerunt; nec ad Antipodas, aliisque Insularum regiones unquam pervenerunt; & Regna, quae occupantur, armis subegerunt, non populorum voluntate ad ea vocati fuerunt.

III. Secundo probatur. Si unus est universalis totius Orbis in temporalibus Monarcha; vel hoc introductum fuit ante Christum, vel jure Evangelico. Non primum: quia ante Christum vigerunt tres ille Monarchiae Chaldaeorum, Persarum, & Graecorum, quibus successit quarta Romanorum; has quippe inspexerat Daniel, cap. 2. in illa statua: nulla autem illarum fuit totius Orbis domina. fed Nationum; unde, Luca 22. duos gladios Petro concessit.

IV. Tertio prob. Si Imperator esset dominus totius Orbis, Reges essent illi subditi; posteaque pro libito uti, ac disporre de illorum Regnis, causisque civiles illorum ad sua tribunalia trahere: sed Reges absoluti, Cap. per venerabilem, Superiorum in temporalibus minime recognoscunt; ergo &c.

V. Tandem prob. Dico, quod omnes Nationes, vel praesentiales, vel per litteras convenire possent, ut eligerent unum Monarcham; id tamen minime expediret, ergo &c. Ant. prob. Nam Arist. 7. Politic. cap. 4. docuit Republicam non esse meliorem, eo quod major esset fed tantum debere esse sub uno Principe, quantum ipse possit, vel per se, vel per suos

facis administrare. Sicut si navis, vel julo minor, vel julo major ellet, inepa navigationi non posset commode gubernari...

S. II.

Argumenta contraria.

VII. Primo arguitur. In spiritualibus est unus Summus Pontifex, qui toti preest Ecclesiam ergo in temporalibus debet esse unus Imperator, qui preest toti Orbi...

VIII. Respondet, neg. conf. Difpat enim est ratio. Primo. Quia forma gubernationis Ecclesie est immediate instituta a Christo...

Secundo. Difpat ratio est: quia summa spiritualis potestas ordinatur ad fides, & Christiane Religionis conservationem. Cum ergo tantum sit una fides, & una Religio in toto Orbe...

IX. Sed replicabis, primo. Sicut Christus uni Petro dedit potestatem summam in Ecclesia: ita Adam dedit Deus potestatem dominativam universae terrae...

Secundo. Optimus modus gubernandi est Monarchicus ergo sicut hac ratione tale regimen in Ecclesia constituitur, cum non etiam in toto Orbe?

X. Respondet ad primam replicam Deum illis verbis: Dominamini, repleto terram, & subditio eius non constituitur in Adamo, & Noe unum dominum, qui toti Orbi preest...

Ad secundam replicam, nego. Monarchiam universalem esse optimum regimen, ob rationes dictas. Quod si S. Thomas, Opus. 20. lib. 1. cap. 2. dicit, optimum modum gubernandi multitudinem esse per unum; intelligendus est de ea multi-

tudine, que potest per unum commode gubernari. Unde mens S. Thomae est, quod quilibet multitudo melius gubernetur per unum...

XI. Secundo arguitur. Octavianus Augustus Caesar, qui Romano preerat Imperio, quando natus est Christus habuit dominium temporale supra totum Orbem; ergo Imperator aliquando fuit dominus Orbis. Antec. probatur primo, ex illo Lucae 2. v. 1. Exiit illud a Cesare Augusto, ut describeretur universus Orbis...

XII. Respondet, neg. ant. Ad ejus primam probationem dico, nomine universi Orbis non intelligi totum Mundum; quoniam multe erant Nationes, que non erant subiecte Romano Imperio...

XIII. Ad secundam prob. juxta opinionem, quam supra tenuimus, quod nimirum Christus jus habuerit Monarchiam super omnia temporalia, dico, quod Augustus Christi gerat vices, non in toto, sed in ea parte, & eadem maxima, Orbis, cui imperat. Sicut Prorex aliquis Regni gerit vices Regis, non super omnia Regna Regis imperio subiecta...

XIV. Ad tertiam nego, Tiberium habuisse dominium supra totum Orbem: multe enim erant in Orbe Provincie, que Tiberii dominium nesciebant. Nego, etiam, Tiberium de jure habuisse dominium supra Judaeos: gens enim Judaea libera erat a dominio cujuscumque alienigenae...

XV. Tertio arguitur, ex D. Hieron. Epist. ad Rusticum Monachum, relato 7. quest. 1. cap. in apibus, ubi dicit: In apibus dux unus est, graves unum sequuntur ordine literatos unus & Imperator. Item 12. quest. 1. Cap. Euroram, dicitur, quod Imperatores Romani tenebant totius Orbis Monarchiam...

XVI. Respondetur tamen ad primum, mentem Sancti Hieronymi non esse, quod sit unus Imperator totius universi dominus; sed quod unus Republice debet esse unus Rex, & totius Christiani orbis unus Imperator: sicut unus alvearis est una apis ductrix aliarum, & unus conventus grum una, que precedat ceteras...

Ad secundum dico, in Cap. Euroram dicit: Romani principes, qui bene totius Orbis Monarchiam tenebant. Ubi ly pone indicat, eos solum magne parti Orbis dominatos fuisse, quod non negamus.

Ad tertium dico, Antonium nimis arroganter fuisse locutum: & ideo ex ejus dicto nullum fieri posse argumentum. Vel locutum fuisse ampliative, fumendo Orbem pro majore ejus parte, cujus certe Antonius erat dominus. Quod colligo ex eodem textu locis: ibi enim a dominio Antonii excipiunt maria. Si autem Imperator esset mundi totius dominus; cum sub Mundo maria concludantur, non fuissent maria excipientia.

Q U E S T I O VIII.

De objecto Domini.

Questio presens examiniabitur, quoniam res cadere possunt sub hominis dominio: & hoc per sequentia dubia praeferimus.

D E M I N I U M I.

An Angeli, Celi, & homines cadant sub hominis Dominio.

S. V.

De Angelis, & Celi.

I. Deo. Neque genus humanum, neque ex humano genere quicumque est dominus, vel Angelorum vel corporum Caelium. Constat ex Cap. 3. Genes. ubi homini condito datur a Deo dominium super ea que creaverat. Ibi enim legitur: Et dedit illi dominium super omnia animalia...

II. Neque obstat, quod Angeli hominum custodia inserviant, eorum salutem procurant: sed intentus unde Hebr. 1. v. 14. dicitur: Nonne amos sunt administratores spirituum in ministerium missi propter eos, qui hereditatem captivum salutis? Nam in hoc Angeli non subducuntur homini, sed Deo, cui in hoc serviant, cujus ministri sunt, & cujus faciunt voluntatem: juxta illud Ps. 90. v. 11. Angeli sui mandavit de te, ut custodiant te &c.

III. Neque pariter obstat, quod corpora Caelia sint condita ad utilitatem hominum, & ministerium cunctis Gentibus, ut habetur, Deuter. 4. v. 19. eis enim non potest homo uti suo arbitratu, nec de illis disporre, & ad sua commodata aptare: ideoque absolute, & simpliciter non habet in ea dominium.

IV. Si tamen loquamur de commoditatibus, quae a Caelibus corporibus proveniunt, ut lumine, calore, & aliisque rebus subalternis; horum est homo jure naturae dominus: quia per rationem, & voluntatem potest illis uti, tanquam propter se factis. Hinc in jure datur actio contra illos, qui per aedificia, vel aliter lumine Solis private tentant dominum vicini. Dominium autem super cetera subalternaria datum fuit homini statim condito, ut ex Genes. cap. 1. dicitur, & Ecclesiastici 27. v. 3. reperiunt, his verbis: Dedit illi potestatem eorum, quae sunt super terram. Quamvis autem haec de dominio, quod habuit homo in statu innocentiae, ab aliquibus intelligatur; possunt tamen etiam accipi de illo post lapsum. Eo vel maxime, quod, Genes. 9. vers. 2. legitur, constitutum Noe, his verbis: Et terror vestrorum, ac tremor sit super cuncta animalia terrae, & super omnes volucres Celi, cum universis, quae moventur super terram: immo pisces maris manus vestrae tradidit sunt vobis. Verum quidem est, istud dominium fuisse per peccatum, quoad usum, & exercitium valde diminutum, cum bellum quoddam sint homini rebelles: quoad jus tamen, & potestatem manet integram, cum sequatur naturam, ex quo ratione predicta manet: quia pene omnino bellum adhuc cogi possunt, & in vel industria homini subijci.

Hoc tamen non ita est accipiendum, quasi singuli hominum habeant a natura completum dominium rerum omnium, quae in hoc Mundo inferiore continentur: sed quia, si solum jus naturae spectemus, potestatem habent eas occupandi, suisque usibus aptandi. Vide quo diximus, Tom. 1. in 1. part. quest. 4. sub 5. S. 1. num. 5.

S. II.

De homine respectu alterius hominis.

V. Deo primo. Si loquamur de servitute legali, & proprietate reali, nullus homo jure naturae est sub dominio alterius; bene tamen si loquamur de servitute improprie, seu subiectione: sic enim, etiam in statu innocentiae, unus homo fuisse alteri subiectus ut domino. Quod ostendimus, supradicto Tom. 1. in 1. part. quest. 4. sub 6. S. 2.

Hoc assertum tradit S. Thom. 2. part. quest. 96. art. 4. dicitur, dominium prioris generis a posteriori, quod per prius, homo utitur alio tanquam re sua, ad suam propriam utilitatem, ut dominus mancipio: per secundum aliquid utitur alio, non ad propriam utilitatem commodam, sed ad utilitatem ejus, qui subijcitur, vel ad bonum commune.

Ex hac differentia domini nata est distinctio servitutis, ut alia dicatur legalis, alia naturalis. Legalis est, quae unus alteri ita subijcitur, ac in ejus potestate constituitur, sicut res & possessio ipsius. Naturalis est, quae minus perfecta, minusque sapientes subijcitur superioribus, & sapientioribus, ut filii parentibus. Unde patet, quantum distaret servitus legalis ab ea, quae communiter famulis, & ancillis deservitur: Nam ratione hujus famulatus potius quam in personam, in ipsarum opera, & labores dominum habent illi, qui praesunt.

VI. Servitute ergo legali nullum hominem jure naturae esse servum, evincitur: quia nulla a natura ratione, & libertate praeditus est. Unde Sanctus Thomas 1. 2. quest. 94. art. 5. ad 3. Communis inquit omnium possessio dicitur esse de jure naturali: quia scilicet distinctio possessionum, & servitus non sunt indulta a natura, sed per hominum rationem ad utilitatem humanam vitae: & sic etiam in hoc lae natura non est mu-

1288, nisi per additionem. De Sancti Augustini. lib. 2. de Civitate Dei cap. 15. ait: Rationalem factum ad imaginem suam voluit, nisi irrationabiliter dominari, non hominem hominis, sed hominem pecori... Condicio quippe servitutis jure intelligitur imposta peccatori... Nomen itaque istud culpa meritis, non natura. Quamvis autem servitus originem duxerit a primo peccato; primum tamen exemplum occasionem habuit ex ebrietate Noe. Unde Ambrosius, l. de Elia, & Tejunio. cap. 5. Non esse inquit hodie servitus, si ebrietas non fuisset. Quia nimirum, ante Noe ebrietatem nulla habetur facta mentio servitutis. Unde S. Augustinus citato cap. 15. ait: Nusquam Scripturarum legitur servum, antiquum hoc vocabula Nas jura peccatum fuisse videlicet. Et Chrysost. Homil. 28. in Genes. sic inquit servum eadem naturam purpuream... peccatum fuit servum, & ab illa libertate, subiectionem illi intulisti, unde postea servitus sumptis originem: nimirum, ut a primo exemplo, non ut a prima causa.

VII. Quod vero servitus lato modo, nemp, sumpta pro subiectione alteri dirigitur, jure naturae, jure imperi, homines, probatum fuit, citato Tom. 1. in 1. part. quest. 4. sub 6. S. 2. Ubi ostendimus, etiam in statu Innocentiae unum hominem, hoc modo, futurum fuisse dominum, & alterum subditum: ita exigente humana societate, & ordine iure ad invicem, sive ad commune bonum. Videantur propterea ibi dicta.

VIII. Dico secundo, Jure naturali non repugnat, aliquem hominem esse servum alterius legali, & propterea dicta servitute: ideoque, & jure Gentium, & alio jure positivo hoc potest introduci. Probatur primo, ex antiquo Testamento. Ubi legitur, apud Hebraeos fuisse servos, tam ex Israelitis, quam ex Gentilibus, cum hoc tamen discrimine: quod illi jure hereditario transmittentur ad posterum, Levit. 19. vers. 44. Servus, & ancilla sint vobis de nationibus... & hereditario jure transmittentur ad posterum, ac possidebitur in aeternum. Illi vero expleto sexennio debent dimitti, Exodi 21. vers. 2. Si emeris servum liberum, sex annis servus tibi: in septimo egredietur liber quatuor, quod reperitur, Deuter. 15. vers. 12.

Ex novo etiam Testamento. Nam Apostolus non jubet, ut servi ad Christianam Religionem converti, vel a dominis dimittantur, vel desinat eis obsequi: sed praescribit, ut servi dominis etiam carnalibus, ac discipulis diligenter parent. Ita S. Petrus Epist. 1. cap. 2. v. 18. & Paulus, ad Ephes. 6. v. 5. Qui etiam, 1. Cor. 7. v. 20. jubet, unquamque manere in ea vocatione in qua vocatus est: Servus inquit vocatus es? Non sit tibi cura.

IX. Probatur etiam, Nam nemo ex his, usque ad duodecimum seculum, servitutum legalem damnavit, ut illicitam, etiam inter Christianos. Unde S. Paulinus Nolanus seipsum in servitutem dedit pro redimendo filio viduo, ut in Marcyrol. ad hunc 22. Junii. Imo Religiosi Ordinis S. Mariz de Mercede etiam modo vocum habent manendi in capivitate Paganorum, si alia via captivos Christianos redimere nequeant. Ecclesie quoque antiquam fuisse consequendum possidendi servos, ut mancipia, patet ex 12. quest. 2. Cap. Insultum, & aliorum sequentibus. Modo tamen nulli Christiano Christianum emergere mancipium permittunt.

X. Probatur vero ratione, primo. Homo est dominus suae naturalis libertatis; ergo potest ei renuntiare, quomodo renuntiant, qui seipsum vendiderit. Exod. 21. Levit. 25. Secundo. Servitus indulta est in favorem hominum, ne licet illi, qui jura belli possent occidi, interficerentur, sed vivi fervarentur: unde servitus non a servitudo, sed servando est deducta, ut Augustinus. lib. 2. de Civitate Dei cap. 15. Ergo servitus non solum est licita, sed utilis, & praeservanda morti. Nam ad majus, & praecipuum bonum conservandum, quale est vita naturalis, licet, imo iustum est, profundere libertatem, quae est minus bonum, juxta illud Hester 7. vers. 5. Atque utiam in servos, & famulas vendiderunt, esse tolerabile malum.

Demum tituli servitutis legalis omnes sunt iusti. Primus enim est titulus belli, ut dicebamus. Secundus est nativitas, cum quis nascitur ex matre serva. Tertius est iustae condemnationis. Quartus emptio.

Sed dices primo. Servitus juri naturali contraria est, cum omnes homines nascantur liberi. Unde l. 1. Instit. tit. 3. & l. 1. ff. tit. 5. dicitur, servitutum esse constitutionem juris Gentium, quae quia dominio alieno contra naturam subijcitur. X. Respondet, servitutum esse quidem contrariam juri naturali, sumpto pro prima institutione naturae humanae; non vero sumpto pro lege prohibente. Nam servitus, ut dictum est, non est intrinsece mala; & ideo lege naturae non potest esse prohibita. Et in hoc sensu etiam leges citata vocantur contra naturam; non quasi sit jure naturali prohibita, sed partim, quia est contra inclinationem naturae, secundum se considerata; partim quia natura primitiva instituta non convenit.

XI. Dices secundo. Paulus, 1. Cor. 1. v. 22. ait: Nolite fieri servi hominum. Rursus: servitus repugnat legi Christianae, dicens Christo, Matth. 17. vers. 25. Liberi sunt filii.

Respondet, mentem Pauli non fuisse, in Christianis hominibus serviant: sed, ne ita servi fiant hominum, ut servitio hominum possint servitium Dei, cujus sanguine empti sunt. Unde praemittit: Brevis empit esse (deinde) Nolite fieri servi hominum. Ita S. Thom. in cap. 7. ad Cor. 1. l. 1.

Christus autem eo loco pronuntiat Christianos Liberos a servitute peccati, non a servitute legali: nec enim fia lege deitueret voluit jus Gentium. Imo. Marti. 22. v. 21. suos discipulos ei subijcit, dum ait: Reddite ergo, quae sunt Caesaris;